



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1732. usque ad annum 1734

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1785**

**VD18 90119339**

§. 45. Exterorum Principum copiæ Polonoco Regno admotæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67683](#)

Sæc. XVIII. aperte favit, & magna, qua tum  
 A. C. 1733. lebat auctoritate non paucos e Polon.  
 Magnatibus Lescinskyo conciliari.  
 Accessit etiam omnium pene Ordinis  
 consensus, qui in id, dato jure jurando  
 conspiraverant, se potius bona, vita  
 & sanguinem profusuros, quam  
 quam passuros, ut neglectis suæ  
 nationis Proceribus ad alienigenam,  
 qualem Augustum Saxonem reputabant  
 Regnum deferretur.

## §. LXV.

*Exterorum copiæ Regno admota*

Paucis post Regis obitum diebus Franciæ Regis Oratores Parisiis ac Venerabiles Cæsareis Legatis denuntiabant pacis fœdus dissolutum censeri, si Imperator Polonicæ electionis libertates quovis pacto restringere tentaret: quibus tamen responsum, Cæsarem potius in id incumbere, ut juxta Majorum exemplar, & Austriacam Domum inter & Rempublicam pacta pluribus recentiæ scæculis firmata, liberum eligendi jure & Imperii leges tueri, ac Poloniae Nationi asserere posset. Nihilominus Franciæ Rex in Alsacia, ad Rhenum Mosæ, & in Belgio ingentem contraria exercitum, maximum belsi apparatus conduxit, ac palam declaravit, Cœlum

Cæsari, ac Russorum Imperatrici bel-  
lum denuntiaturum, simulac vel uni- Sæc. XVIII.  
cus miles Regnum Polonicum invasus A.C. 1733.  
rus esset. Jam prima hæc erant præ-  
ludia exitialis illius belli, cuius flam-  
mis Italia, Polonia, & universa pene  
Europa flagravit: Præprimis vero Cæ-  
sar, ut hostilem vim, & infestas Co-  
faccorum irruptiones præverteret, exer-  
citum in Silesia collectum Poloniæ fini-  
bus admovit: Anna vero Russorum  
Imperatrix copias militares in Lithuania-  
m duxit, ut electionis libertatem  
adversus Primatis machinationes pro-  
tegeret. Hic enim amplissimis Gal-  
lorum promissis ac dignitatibus & bonis  
in ipsum, ejusque familiam profunden-  
dis expugnatus, haud obscure Stanis-  
lao favebat: Magnates quoque facta  
Regni ampliandi, & recuperandæ Cur-  
landiæ spe capti, facile in partes Sta-  
nislai concessere: Animis ita in Les-  
cinsky favorem dispositis Primas, ei-  
que addicti Magnates, ut ceteros eo  
facilius in sua pertraherent studia,  
imminuendæ libertatis, ac hostilis in-  
vasionis periculum exaggerabant, clam  
vero omnia ad privata sua commoda  
sub publicæ utilitatis prætextu incli-  
nare moliebantur, cumque convoca-  
tionis comitia appropinquarent, de  
articulis in deliberationem vocandis  
soler-

Sæc. XVIII. solerter cum suis conferebant. Horum  
A. C. 1733. erant quamplurimi, ex quibus tam  
non nisi præcipuos quinque a Primatu  
ad Regni Provincias transmissos  
vitatis studio adducemus. I. Omnes  
alienigenæ excludantur. II. Omnes  
tam Regii quam Lithuani exercitū  
Præfecti, necnon Postarum Magistrorum  
secta hæretici durante electione  
officiis exuantur. III. Suspecti, vix  
extero Principi obnoxii non modo Varsavia,  
sed toto Regno excedere jubeantur.  
IV. Legatis non concedantur  
excubiae. V. Nobiles in nobilitate  
gradu æquales, exteri Principis tituli  
non utantur.

## §. XLVI.

*Epistolare commercium inter Cœfarnum  
& Primatem.*

Priusquam illuxerat vigesima septima  
Aprilis dies pro convocationis  
comitiis destinata, Imperator die decim  
ma quarta ejusdem mensis Potoczi  
Primi sacerdotiam suam tuendæ libe  
tatis Polonicæ voluntatem testata  
reddidit, transmissis ad illum Vienam  
his literis.

„Sicut inter Augustam Domum  
„Austriacam tum Regna ac Provin  
„cias hæreditatio jure ab Eadem pe  
„sellis